tum est ad Eloquentia Professore Wilde. Haec ex Horatio Flavo desumpta sententia:
Virtus repulsa nescia sordida intaminatq; pulget honoribus, quod per aliquot horas
ab ipso elaboratum Decanus coram facultate recitavit, et facultas unanimes approbavit.

Eodem die facultati per Decanum indicatum est Sub Praesidio Amplissimi
Oriculi Professoris Fahlenii de reverenda disputatione publica philologiae ex-
pendere gemina Scripturae loca Gen. 22. v. 3. Jer. 30. v. 9. Studiosum et Abra-
hamum Johannem Dahlman Pennonem, quae ut consura Decani subiceretur
et postmodum typis excuderetur ratum fecit facultas.

Die 15 Junij Praedicta Disputatio Domini Dahlmanni habita est, honorante
Praesidem et Respondentem gratulatione Hebraica Clarissimo Rabbinis
Dr. Johanne Kemper pensionario Upsalensi.

Copiam ejusdem per gratulatioem, quoniam a me advenit, tunc merito mihi descriptam
tradidit, ego via usque in ipsius memoriam inter facultatis acta eandem hic, ut lex suo
relinquere volui. E. Fahlenius

Anno 1708 à junio ejusdem ad medium mensis Februarii
Secano Erno Falkenio

Professoribus Andrea Paluroth, Jacobo Wilde, Conrado Zentzel,
Carolo Stralcken, Elavo Holstenio.

Die 17. Augusti orationem funebrem in obitum Reverendiss. Episcopi Smolandi
Cavallii publice habuit ejusdem nationis Theodorus Samuel Flodin, ad quam
publico programme loco Professori Eloquentis & Poetis Dni Jacobi Wilde
sui absentis, qui illius vices interea sustinuit celeberrimus, Moraliū Professor
Andreas Paluroth auctores invitavit.

D. 5. Septemb. sub auspicio Amplissimū Matthesos Professori & tunc Rectoris
Magnifici Conradi Zentzels, disputavit publice de calculo Ecclesiasticum
Solis & Lunae exercitii gratia, Theodorus tunc Petrus Königsh.

Die 22. ejusdem, Amplissimū Philosophis Theodorus Professor tunc Elavus Holstenius
clementissime sibi demandatum munus Professorium publicè adprehensit
habita oratione inductoria de Instinctu Naturali.

Die 12. Decemb. ad examen in Philologia nigropia admissis fuit supra seculi nominatis
Theodorus Samuel Flodin, quod cum illo prius loco instituit Professor Logicæ & Metaphysicæ
Holstenius, qui cum per diversas questiones de Philologia nomine & varia diversis
singularem item disciplinam contenti, ad logicam deinde ac dialecticam in specie
sermonem deflectens, progredi in hoc studiorum genere sibi elegantes cum
facile deprehenderet, cum laude à se approbatum dimisit.

Professorem Logicæ excepit ordine Professor Historiarum Stralcken, qui ipse
propositi varis questionibus de nomine Historiarum ejusque diversa accepit, de
sermone publ. formis, de statu Monarchico deinceps in specie ejusque duplici
significati, de Monarchiarum Sacrarum auctoritate, Principibus & de ratione
indispensabili illius hanc perpendam expulsi, similiter laudavit & commendavit.

Tertius cum examinavit Professor Matthesos Zentzel pulchre ut pro exhibendo
specimine priorum in hujus disciplina profectum indagaret Terminum Papalempo
anno ficticio seminum calculum Astronomicum; cumq; computatio esse a se sibi
-cata & difficulti, hanc exigiam videlicet requirere hujus astronomiae scientia notitiam,
pariam equidem ipse in indaganda re proposita proficere visus fuisset, nisi idem tunc
-subvenisset Dni Professor. Via tamen in illi quo ad computationem Celestium singulariter
-pretulerunt experiri se experiri, hanc difficulter huc quoque applausum obtinuit.

Quarto loco Professor Moraliū Andreas Paluroth instituit perquam copioso & curato
-colloquio de Summo Jure, de Jure Naturæ, de Passivitate animi & singuli Temper-
-ramenti profectibus, de virtute ejusque de perfectione, de numero virtutum seminum christo-
-teleum, an numerus hic esset sufficiens, item an non statui possit una plura & quoniam
-hoc? de Dignitate boni viri & boni civis, an hoc ab omnibus approbatur, de differentia
-Philosophia & Theologia Morali, de usu Morali Philosophia & publicum prosequi hujus
-disciplina cum non admodum attigisse perpexit, quia hunc ad vulgariora sibi
-appetere cum respondendum invenit, enonio orationem approbat.

5to loco, vices Professori Eloquentis & Poetis Jacobi Wilde quae sibi Professor Moraliū
-Paluroth, anam suam in Philologia Latina & Historia Romana profectum declarandi ipse
-probat ex brevissimo quodam Capite in Oratione & vita Jul. Caesaris: in quo interpretando
-ita se gessit, ut nec ob peritiam admodum laudari, nec ob imperitiam singularem redargui
-posset, quare ut meridienter etiam in hoc studiorum genere versato, adprobatio adjecta fuit.

Ultimo loco Secanus ipse indistinam ipsius exploravit in literis Hebraicis & Graecis, occupis:
-nem eisdem monstrando ipse exhibens in prioribus quidem ex Gal. 12. in hujus posterioribus
-veris ex Cap. 16. in Actis Ap. cumq; in locis illis exponendis non proferat infeliciter omni-
-paretiae, hanc tunc adprobationem quidem reportavit, simul tamen admodum, ut
-in posterum studia haec ad huc redderet sibi magis familiaria.

Hic se transactis, cum brevi momento iussu fuisset à Secano exire, collecti
-suffragii mox intro vocatis, & per eandem Secanum nomine totius Facultatis
-Philosophia Candidatis renunciatus est.

Anno 1708 a die xiv Decembris ad sequentis anni diem xvii Junij
in absentia Professoris Wildi Vice Decano Andrea Palmroth
Moralium et Politicis Professore.

Professoribus
Erio Fahlenia, Conrado Lvensel, Carolo Schulthea
Elavo Holstenio, sequentia in acta facultates relata sunt.

Anno 1708 die xvi Decembris Pastor Ecclesiae Euderenfis Fridericus Popner
libellum elementarem pro instruendis faciliore ut ipse jactabat methodo, pueri-
lis atq; puellis conscriptum facultatis censura subiecit, qui timatius describendus
tantisper ipsi reddebatur, consentiente interea facultate, si mereretur atq; opera preclum
esset, ut lucem publicam videret, tanquam privati hominis labor in publicum iudici-
um ederetur, sin minus sine approbatione et censura eidem redderet, quod ipsum
scrutinium propter aegritudinem huius ducturam Vice Decani in sequentem decana-
tum dilatum est.

Die xxviii Januarij venerabili Sacratissimi Principis Caroli Regis nostri Cle-
mentissimi nomini in fastis dicata Orationem luculentam de rebus a Carolo XII
per bellum hoc gestis Carmine Germanico affabre et eleganter compositam
habuit Studiosus Michael Dau amplissimi Consulis et Michaelis Dau Senioris
filius. Ad quam sollemnitatem cohortandam proliso programma omnium
Ordinum ac conditionum auditores invitavit Vice Decanus.

In Febuario, quum tres Studiosi Kryger, Schultz et Metz holt Sacris initia-
rentur Ordinibus, occasionem nacta est Veneranda Facultas Philosophica
deliberandi, quid agendum esset, quum tot darentur exempla studiosorum
Specimina Philosophica negligentium et illicio munera Ecclesiastica involan-
tium; atq; simul decernendi ut litera ad Illustrissimum Cancellarium da-
rentur, atq; ab eodem humiliter peteretur, ut facultas Theologia in mandatis
acciperet, ne posthac Disciplinas Philosophicas pratergressos Juvenes ad Sacros
Ordines admitteret. Ceterum post aliquot dies, quum hanc querimoniam forte
subolueret Praesul et Prolocutorius pollicitus est se curaturum, ut non in
postquam solum obviam iretur istiusmodi immaturis Juventutis Saltibus. Sed etiam
juniores ex Clero sollicitarentur ad querendos honores Philosophicos et iuxta ene-
ditionis parva Specimina edenda. Itaq; destinata ad Cancellarium litera tantisper
detenta sunt.

Die xxvi Martij Publice peroravit de Luxus Origine, indole ac incrementis
Studiosus Petrus Palmroth Stockholmiensis ante meridiem hora x. De malis
vero exinde redundantibus Martinus Johannes Roth Bernavensis hora pomeri-
diana II. Typis excusso Programme ambo a Vice Decano ornati.

Die xxx Martij De virtute vera nobilitatis fundamento in Senella adhuc eta-
te peroravit Nicolaus Braun Medicina Doctor atq; Professor celeberrimus Lau-
rentij Brauns filius, quem itidem Publico Programme decoravit Vice Decanus.

Incunte Mense Mayo a Rectore Magnifico Profess. Thua Wiro in Consistorio
Majori de prope instituenda Promotione Magistrali facta mentio est, Simulq;
regali Professores Facultatis Philosophicae, ut cum Vice Decano jam aegrotante hinc
negotio communicarent consilia sua, et consistorio dem significarent, quid de ter-
mino futurae Promotionis et id genus alij ipse placitum esset. Frequens facultas
decretit, ut prius cum Prolocutorio coram per deputatos, Cancellario vero per dele-
gatos Professores Schulthea et Holstenius negotium hoc detulerunt Prolocutorio,
et petierunt, ut, qui Sacerdotes facti Specimina edituros se Academica sponderant
eius auctoritate et iussa acciperentur ad obligationem suam implendam, quod quog
futurum promissit Prolocutorius.

Die xi Maij Litera ad Illustrissimum Cancellarium missa sunt hoc de negotio,
cujus per benignum ac Clementissimum responsum die xv Junij ad Facultatem perla-
tum est, in quo eidem potestati concessa est capacia ingenia et Honoribus Philosophicis
digna Subiecta Philosophica Laurea ornandi. Idem cum eodem tabellario Prolocutorio
Significatum est, Eidemq; Simul in actu Promotoriali Cancellarii vires commissa sunt.

Die xvii Maij Disputatione in Gradualem de Ethica sphaera sub Praesidio amplissi-
mi Mathematicum Professoris Conradi Lvensel habuit Candidatus Samuel Flodin
eandem egregie defendit Opponentibus extra Ordinem tribus Professoribus.

Calendis Junius Praesentibus Professoribus Conrado Lvensel, Carolo Schulthea, Elavo
Holstenio Studiosi Petrus König Wiburgenfis, et Abrahamus Dahlman Alboinsis
legitima trium praesentium Professorum Sponsione atq; Decani Facultatis Theologiae
testimonio quod in articulis fidei examinati et approbati essent, muniti Sili Specimen
Eulerianum, coecritia ipse exhibente Vice Decano et luculentis sententijs, optime ipse facta
eligendi, quae ipse maxime arderet. Hoc Censorij effatum ut quisq; esset ut Optimus, ita
alios improbos esse ^{difficillime} suspicatur. Dns König elaboravit, Dahlman v. hoc Examen
Eulerianum o. Syados amq; Le Graijeros sua commentatione dilatait.
Eodem die decretum ut iterum Praesentibus Operis Graduali disputatione continuandi Dns König
esset Mathematicum Professor, quod tamen exemplum nemo in posterum sequeretur.

Anno 1709

Decano Conrad Quensel Mathef. Prof.
Professores
Andrea Palmroth, Erico Fahlenio, Jacobo Wilde
Carolo Schultze, Elao Holstenio.
Sequentia in Acta Facultatis Philosophicae
relata sunt.

Die 29 Junii Generalis superintendens & Profancellarius Dns Gabriel
Stragge literis benevolis Facultatem ad futuram Magi-
sterialem Promotionem maturandam hortatus est, quas-
literas, una cum communicatis literis cancellarii Illustrissimi,
ad eundem Profancellarium datis, in frequenti Faculta-
te recitavit Decanus d. 1 Julii.

Die 1 Julii Praesente Decano, Prof. Moraf. Palmroth. & Prof. Phil. Theo-
retica Holstenio, Prof. vero Linguae Fahlenio egrotante,
& Prof. Histor. Schultze. h. t. Rectore Magnifico, aliis curis occu-
pato, Prof. autem Eloquentia Wilde nondum ab externis rediens

Lebr. König. Hyl.
ex. Dign. Prof.

Examen Philosophicum institutum est cum studioso Petro König,
Hyl. qui in Philosophia Theoretica, Eloquentia & Mathef. non
sperandos fuisse progressus deprehensus est, in Metaphysica
& Physica ejus vires praecipue tentavit Philosophia Theor. Pro-
fessor, in Eloquentia vices gerens absentis Professor Wilde, Prof.
Moralium eum exercuit requirens expositionem unius Capitis ex facti-
fil. Cas. vita. Sed in Moralibus novens quaestiones de Defini-
tione & divisione virtutis, tum in Politicis ^{quibusdam} characteres reper-
tis perquirens, eum his studiis parum immittendum deprehendit, mit-
tim An. adita admonitione, ut horum studiorum ^{quibusdam} jucunditate
in posterum magis afficeretur, eum facultati de meliori nota com-
mendavit. Decanus motis quaestionibus de Paralleli eum satis
expeditur in Mathematicis studiis deprehendit, Rector Magnifi-
cus, & Prof. Linguae scripto ejus desideris consenserunt, deoq.
suae gratiae nomen & honores Candidati consentit est, a Deca-
no insuper ante praestitum juramentum, admonitus est, ut, quia

s. s. Theo.

s. s. Theologia esset studiosus, diligentia ulteriori Studia
Philosophica praecipue in Moralibus, Eloquentia & Linguis
orientalibus excoleret. -

Eodem die concessum est, ut Candidatis reddantur Testimonia Facul-
tatis Theologicae, in examine Styli Facultati Philosophicae
oblata.

Die 10 Julii Litera Facultatis ad Illustrissimum Cancellarium da-
tae sunt, communicantes Programma futuri Promotoris Professoris
Palmroth, quo ad imminentes Promotionem Magisterialem, si qui
ex Clero vel alii ejus honoris sint cupidi, invitantur.

Die 11 Julii, idem Programma Valis Academiae publice sub sigilla Fa-
cultatis affixum est.

Die 17 Julii Litera Facultatis nomine scripta sunt ad Pastorem
Anderensem - Dopnerum, & simul ipsi Pastoris opus pro
informanda Juratute in addiscendis Elementis primis Linguae
Germanicae, reddendum est sine censura.

Die 14 Aug. Sub praesidio ipsius Decani pro gradu Disputationem
habuit De calculo Eclipsium, qua, materiam pro exercitio dispu-
tationem, continuit, Petrus König, Candidatus, eam Opponen-
tibus extra Ordinem Professoribus 2. egregie defendit.

Die 27 Aug. Amplissimus Dns Prof. Historiarum Carolus
Schultze, h. t. Rector Obid. Magnificus, obtinuit Facul-
tatis consensum, Disputando edendi tractatum sub
Tit. Rabbi Jehuda Lebh, ita ut Studiosi Licent
in eodem opere pro exercitio partes sustinere responde-
antur.

Die 15 Sept. Sub Praesidio Rectoris Magni in Tractatu Rabbi Je-
huda Lebh Respondens primus fuit egregius, Carolus Altda-
vius Gemtlandus. Opp. extra ord. Prof. Log. -

Die 18 Sept. in eodem Tractatu Respondens secundus fuit lili-
dabilis admodum, Henricus Gustavus Torre, Wunda-Livonia.

Die 25 Sept. sub Praesidio Experientissimi & Celeberrimi Professoris Medici
viri, L. Laur. Baran, disputavit de Calculatione Cordis Johannes
Schultze, Wiburgenf, inq. cum consensu Fac. Philosophicae, pro exercitio. Opponen-
tes extra Ordinem duo fuerant Professores.

20 Sept. Praesente Decano, Prof. Moral. Palmroth. Prof. Linguar. Faklerio, Prof. Histor. Schulten. Prof. Eloq. Wilde non dum Holmia redire. Prof. vero Philosophia Theoretica Holstenio aliis curis occupato.

Abv. Dahlman Exam. Regi Examine Philosophico probatus est Studiosus Abraham Dahlman, Aboenfis, in historia ad ductum Laurentbergii, in Chrono, examinatus meruit commendationem ad Facultatem in Linguis ex Actis Apostolorum, & Genesi suam industriam mediteri declaravit, obtinuit in. & inde commendationem. In moralibus notis quæstionibus de Actione humana ejusq. principiis, parum Masule se gessit, In Eloquentia exponens Periodum unum ex Suetonio, aliquatenus commode se expedivit. In Mathefi & usq. Globorum hospes parum versatus deprehensus est. Prof. Philos. Theoretica ejus desiderata approbatione scripta, consenserat.

Vix ergo obtinuit approbationem, quam, adicuta gravi admonitione, ut in posterum etiam Studia Philosophica diligentissimè excoleret, Decanus ipsi annuntiauit, addito Titulo Candidati, quem, juramentum præstans solitum, excepit.

Posthinc, ab hora 12^a post meridiem, in examine styli ^{desiderantes} approbationem obtinuerunt Car. Alstadius, Dns. Carolus Alstadius Justia-Juicy, & Henr. Gust. Lörre Wenda Livonus. Henr. Gust. Lörre Quatuor sententias proposuit ex Plinio Dns Prof. Palmroth, ex quibus Alstadius hanc sibi elegit: sequi enim gloria non appeti debet, nec si quis atq. non sequatur, Doctus quod gloriam non meruit, minus pulcrum est. Lörre autem hanc assumpsit: Ornat hæc magnitudo animi, que nihil ad ostentationem, omnia ad Consuetudinem refert: recte facti non ex populi sermone recedens, sed ex facto petit.

Eodem die Prof. Phil. Theoretica, Dns G. Holstenius Facultati notus fecit Candidatum Dahlman pro gradu disputaturum fore de Meris Astri reciproco, quod a Facultate ratum habuit.

Die 1 Octobrii. Praesente Decano, Prof. Moral. Palmroth. Prof. Ling. Oriental. Faklerio. Prof. Histor. Schulten. Prof. Eloquentia non dum domum redeo, Prof. vero Prof. Theor. - Holstenio Egrotans, te. Examine Philosophico suam ad Honores Academicos adeptus est apud Carolus Rudin Declaravit Dns Studiosus Carolus Alstadius, postquam Alstadius trium Professorum pro se, simul & examinatus styli locum suum, exhibuisset sponsonem. In historicis cum laude versatus deprehasus est. In lingua Graeca satis expedivit, Hebraicam vero honesta jussu fundamenta, perspexit Linguar. Or. Professor, qui eum, adita admonitione ad horum studiorum plenioris maturitatem sectandam, facultati de notione commendavit nota. In Jure naturæ, circa Questionem de moderamine inculpate Tutelæ bene satis se expedivit. Tum in Eloquentia, ex Suetonio, & legentes suos profectus probavit. In Mathefi autem Quæstionem Geometricam, Algebraicè operâ solvit admodum expedite. Candidati itaq. Titulum unum omnium applausu, prævia Jurisjurandi formula consueta, excepit.

Eodem die Decanus Facultati denunciavit Candidatum Alstadium de Fundamento Computi Ecclesiastici Astronomico pro Gradu velle disputare, quod hæc gravate concessum est.

Die 4 Octobr. Praesentibus Professoribus iisdem In examine Philosophico Dns Stud. Henricus Gustavus Lörre ^{H. Gust. Lörre Exam. Regi} partem Historiæ Universalis Monarchiæ 2^æ egregie explicuit, Textum Græcum ex Theophrasto, & Hebraicum ex Genevicio Rabbi proutè resoluit. Philosophia Moralis ex Buda se monstravit elegantè pentum. Textura ex Suetonio satis commode exposuit, Et ad Generales Quæstiones Astronomicas ut earum rerum non plura rudis respondit.

Omnium itaq. examinatorum cum applausu & laude, Candidati decoratus est Titulo, & juramento se obligavit præscripto. Eodem die celeberrimus Dns Prof. Palmroth pro Dno Candidato Lörre obtinuit Facultatis consensum, pro Gradu disputandi super Quæstione aliqua Morali, De Actione Invita.

23 Octobr. sub Praesidio Viri Amplissimi atq. Celeberrimi Dni Professoris Philof. Theoret. Holstenii, pro Gradu Sctae, habuerunt de Astrae Maris reciproco, apponente extra Ordinem

Decano, egregie defendit Candidatus Abraham Dahlmann

Diss. 1. Poppelberg

27 Octobr. sub Praesidio Rectoris Magnifici Prof. Historiarum Celeberrimi Dni Caroli Schulten, in Tractatu Rabbi Jehuda Leib, Respons

dens tertius fuit solentissimis, Dns Johannes Elias de Polborg, Pastor Ecclesia Mustelensis, in Oesilio pro Exercitio

exam. 30. Octobr. Insulae spemine pyle & cautione Prof. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

requiritur Examine Theologico Examen subivit Rigorosum Dns Joh-

annes Elias Pastelberg Pastor, & Professor optimos in Philosophia Theo-

retica, Morali, & Geographia, se fecisse monstravit, in reliquis par-

tibus approbationem & commendationem scriptam a celeberrimis Dni. Professoribus obtinuit, atq. proinde unum applausu delatus est ad Candidati Titulum, quem praestito firamento vite excepit.

Nov. Thema Disputationis Gradualis de Philosopho Christiano, Facultati probatum est dendum sub Phil. Theor. Professori Celeberrimo Dni M. Elvi Holstenii Praesidio, & defendendum ab A. & R. Dno candidato Pastore Pastelberg.

1. Nov. cum consensu Facultatis Candidatus materiae Disputationis Gradualis mutavit, & pro priori de Juris, aliquot Theses Astronomicas exhibuit sententias, & sub Praesidio Decani defendendas.

2. Nov. in Praesentia Professorum, Decani, Monitorum Linguarum, Historiarum & Phil. Theor. Praesentia fuit proposta & devisa.

3. Questio magisterialis placuit futura, An honores virtutem auferant magis an impediunt? quaestio deinceps 15 Nov. mactata est in die.

4. Respondens in ipso Actu Promotionis futurus denominabitur Pastor Oesiliensis Candidatus Joh. Elias Pastelberg.

5. Gratulatio in eodem Actu concessa est Candidato Henr. Gust. Dore qui dem Orationem publicam gratularum actione actum finivit Pro-

videntibus. Propter difficultatem temporis, quandoquidem Riga obsidione clausam jam teneant hostilia Moscovitica arma, decretum est nullo Epulo hanc Promotionem debere celebrari.

6. Ad Consistorium delata est questio, an hoc tempore Instrumentis Musiis in eodem Actu liceat uti.

exam. 30. Octobr. Insulae spemine pyle & cautione Prof. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Questio magisterialis deinceps mactata

6. Impensa praesentis fuit singulis candidatis 10 Imperiales, pro quibus etiam Literas Magisteriales redimerent, qui penultimum Numerus - pariter Promotum, Celeberrimo Dno Prof. Lalmroth, & Dni, Candidatis unum illis eodem die communicato, placuit.

7. De censura Disputationum sub Praesidio Decani dendum, super quo negotio, hesternam huc per caputem sententia rogata fuerant, placuit Facultati decernere, illam obediendam a Pro-Decano, pro qua sua opera, quod ipsi Decano pro aliorum Disputationibus, cum censura debetur, incipiet Pro-Decanus.

8. In penuria meliorum, Theodorus Ad. Flor. Sigismundi Revaliensis nominatus est locum hibernum operum in ipso Promotionis actu.

9. Debetur est omnes candidatis debere duas breves lectiones in scriptis habere in memoria. Eodem die Candidatis ad Decanum convocatis sequentia super futura

Promotionis Ceremonia conventionis definita sunt. Ex Consistorio decreto publico est die futura Promotio, ar. 18. Nov. Decembris, deinceps anticipata.

Impensa 10 Imperialium candidatis concessa, modo ne pecuniae quid pro Literis Magisterialibus solvere cogantur Typographo.

Epulis intermissis pariter Candidatis concessa.

Libris simul & Corollis servari, vestimentis pulvis induci, & si fieri possit, Pallis ferreis incedere velle promiserunt Candidati.

Lectiones singulas memoriter se habituros ex decreto Facultatis promise, sunt quos Candidati.

Pro Candidatis minus placuit Theodorus Sigismundi fore Opponentem in ipso Actu Promotionis, ipsi nisi receperint, ut aliquem ex praesentibus sacerdotibus persuaderent hoc munus recipere.

Eodem die notum factum est Pastorem Torgellenen Magistrum - Henricum Meurx in urbem accessisse, igitur

Postulae literis, Facultatis nomine publicis datis, Magistro & Pastori Meurx spatio Proposendi Quaestiones Magisteriales in fine sua Promotione, oblatus est.

16. Nov. Censura Facultatis subiecta est Disputatio Pastori Episc. de Philosopho Christiano. & eodem die Disputatio Altdi: censura Pro-Decani Amplissimi Dni Prof. Lalmroth, volens concessa est.

10. Nov. Disputationem Gradualem exhibentem Theses aliquot Astronomicas Diss. Dore. sub Praesidio Decani defendit unum tandem Candidatus Henric. Gust. Dore Opp. Extra ord. Pro-func. & duobus Professoribus.

Eodem die, Inimicatione valis Academica officia Decanus praedixit lectiones usque, rias post die habituros suos Candidatos, Petrum König. Abrahamum Dahlmann. & Henricum Gustavum Dore.

Lectioes Regis. 11. Nov. horij ante merid. 10 et post merid. 2, in praesentia Profanella
Candidatus Petrus König de Suedia de fandiati by ueltem.
Candidatus Abraham Dahlman, ante merid. in Vindicias Poetarum exposuit.

Candidatus Henr. Gust. Dorr. ante merid. Verificat. ex parte exposit. Philologicis
Eodem die in Consistorio dies Promotionis anticipatus est, et publicitatis 16. Nov. 1709
atq. quantum ad usum instrumentorum Missicorum, referentia erat Quisto ad Pro.
Cancellarium, qui iuxta, interuentibus e Suecia litteris, publicum fuisse
Regis favore Demochia lectum intermissum esse unquam, Missicis
Instrumentis in futura Promotione actu omnino utendum esse, censuit.

Disp. grad. 12. Nov. Disputatio habuit Graduales de Fundamento Congubi ludi
Alstadii. Iustici Astronomio Candidatus Carolus H. Estadius sub Praesidio Dec.
curi: Oppi: extra Ordinem Profanellano, in Praesentia Generosissimi
Chilimachi Schreiberfeld, q. duorum fratrum Capitaneorum.

Disp. grad. 13. Nov. Disputatio Graduales defendit Pastor Candidatus Johannes
Castelberg de Philosophia Christiana, Oppi: extra ord. Profanellano
Candidatus sub Praesidio Profanellano et in Praesentia Assessoris Parlamenti Regi
Generosissimi Sui Strömfeld, in Praesentia Chiliarum
Xieroth et Schwengelini itaq. Germanis Praesidi Labori Assessoris
opponentis atq. reditum Praesidi Johanne del.

14. Nov. Jurisdictione publica demeruit Decanus, post die publice
Legendo prima d. duos duos Candidatos, Pastorem Eliam Castelberg
et Carolum Alstadium.
Eodem die Praesentibus in Facultate Secans, Prof. Theol. Prof.
Linguae Prof. Histor. et Prof. Phil. Theol, cum Prof. Elogi. ad huc
in praesentia morantibus.
Assignatis est horij candidatis ad Promotionem proxima die 16. Nov.
futuram.

- 1. Johannes Elias Castelberg. Pastor Ecclesiae Niskaleusis in Suedia.
- 2. Petrus König. Amanuensis Consistorii Academici. Nylandus.
- 3. Samuel Flodin. Smolandus. hac vice absens promoturus.
- 4. Carolus H. Estadius. Fentia Suecus.
- 5. Abraham Dahlman. Borea-Fenno.
- 6. Henricus Gustavus Dorr. Wenda-Livonus.

Quoniam ad ordinem processit, cum per gravissimum, hanc provinciam meae vexaret
bellum, Epulum esset intermittendum, placuit Facultati primum congressum
Professorum

Professorum et fandiatorum debere fieri in Consistorio Academico.
Iude post Promotores procederet fandiati ita ut horum postremi in
adventu Trinitatis et illorum.

Post hoc Scepta Academica cum Profanellano et Rectoris Magnifico
atq. univ. ordine Professorum.
Sub ipso Actus Promotionis fandiati Respondens in Cathedra
inferiori proximis assuet subsellis Professorum, Gradista
proximis solis Cancellarii, reliquis in medium occupantibus lo,
cum, ut si ordo Candidatorum publice occultaretur.

Post Actum Promotionis in Templo Academico a inde in Con-
sistorium deducere, ubi Magistri a Profanellano et Professores
ordine succedunt.
atq. in Templo occupant Magistri subsellium a liquis primariis.

Tandem Consistorio Quing ad sua sederet.
Cum interim uisaret de sententia Profanellani: de ipsi fandiati,
horum Missicorum, quum censit fandiati esse, ita fandiati ipsi,
propter prius promissas expensas Missica Praesidi quidem solverent.
Promotor quos promissit se in Actu promotionis praesentibus Libent
Candidati absentibus.

Atq. univ. omnibus fandiatis in urbe Pallia ferria repiri nequirent, con-
cessum est, ut omnes, praeter Pastores, abq. pallis, et gladiis armati
in actu Promotionis procederet.

Tempus fandiandi Actus Determinatum est hora 9 ante meridiam, ubi
quam sumptibus Templo maxima daturus, cum hora 8. hoc anni
Tempore tenebrae forent incognitas.
Quoniam ad Ordinem publicis in Templo Academico habenda, decretum est formis,
huc Promotionis Rectoribus, mutatis mutandis retinendum esse.

Praeterea mox Questionem Decanis, de qua st. 1699 in Consistorio -
Majori uisaret actum fuisse, an videlicet ex publicis fandiatorum
Expensis penulime quid deberet erogari Decano, ut omne non ederet soli
Promotori? sed addidit simul Decanis se hanc hac vice non morose qua,
Sedem sua gratis, quippe qui non uellet fandiates hanc ab causam
his temporibus amplius gravari, sed ne suum silentium alio Decano in
tura aliqua alia Promotione in fraudem ederet: Et factum est

decretum, ut post hoc Decanis ex communi Massa expensarum
quos Actus Promotionis assignati fuerint fandiati futuri edere

debeat Decano aliqua portio pro sua opera, cum adesse omnino
debeat ^{Decano} ~~Republiantibus~~ plurimis, & ~~substantionibus~~ ^{scribendis} ~~ouerari~~;
summa non proficerebatur, nisi quod duo ad minimum Imperiales
pro quolibet Candidato ut Decanus recipere visum est equum.

Lationes. §. 15, cum consensu Profancellarii, semel facta, ob prope nimiam inuicem
Lafellbergii & H. P. dii. mentem lectum Promotionis, Lectionibus publicis, ^{nam} ~~nam~~ horum
ante Meridie 10, se exercuerunt Candidatus Pastor Lafellbergii
resolues versiculum ex Gaii.
& Candidatus Astrucii resolues Questionem Algebraicam per hunc
theor. Radicum secundarum x. y. z. resolvablem.

Sic 16 Nov. 1709 ^{hic} ~~hic~~ fuerunt praecipui Promotionis ritus.
Postquam iudice in urbem accessisset Pastor Torgellensium, Mag^r Henricus
Neurx & prius designatus Questio Magistrali in haec esset mitata:
Questio Magi- stralis. An in Administratione Reipublica aliquando ab eo quod precise bonum
rectum, justum, honestum est, ad illud quod contrario modo se habere,
& aliquis ex iniquo, injusto parum, honesto ac bono trahere videatur
temporum necessitate ita urgente deflectere liceat?

Observatum est in congressu & Processu plane idem ordo quem Facultas
die 14 Nov. praescripserat.

Postquam in Auditorium Majus praesentibus Instrumentis Musici ventum
est, quo se simul contulerat Amplissima frequentia hominum
eiusdem dignationis sexus & aetatis, orationem habuit Promotor
Amplissimus atq; Celebrissimus S^r Prof^r Andreas Palm-
rooth, Phil. Moral. & Polit. Prof. Ord. & Fac. Phil. Senior,
tam illustri Actui appropinque convenientem & Magnificam
de variis generibus Candidatorum, & simul de Bona Mentis
Candidato.

Inter exordium Orationis & Propositionem, item post epilogum Musi-
cis Instrumentis & voce filii Profancellarii admodum pulchre can-
batur.
Hinc petita & data est a Pro-fancellario Eminentissimo Gabrielle
Skragge veria Candidatos quing presentes & unum absen-
tem promovendi. ^{Promotionis}

Halitatus ad Candidatos brevis admonitio renuntiabantur solen-
niter Magistri: tum in cathedram superiorem adijcebantur

singuli, unus post alterum, & manu Promotoris Pileo fectis
vire Laureis multo ~~ad~~ ante splendentibus redimto, atq; annulo
aureo exornabantur, atq; recipiebant egressum cathedra superi,
ore Libros apertos.

atq; interim dum ha peragebatur Ceremonia, Praeceptores Musi-
fici tempus perinde facebant.

Post haec Pastor Torgellensium Mag^r Henricus Neurx
compellatus a Promotore, super Questione Magistra-
li argutam acutam fecit argumentationem, qua quae-
stiones simpliciter negandum esse amittebatur probare
Cui Magistrorum primus Pastor Joh^r Elias Lafellberg
prolixo & splendide respondit, responsonem Musico
claudente contentu.

Et tunc simul Distribuebantur per Ministeriales
publicum gratulationes votivag acclamations.

Tandem oratione diserta admodum & conuinna
Gratias egit solennes Deo, Regi, cancellario & Pro,
cancellario, tunc Praesenti Ordini Equestri atq;
Professibus, nec non reliquis Auditoribus & Semum
comilitonibus studiosis, Magister Henricus
Gustavus Dorr.

Hinc in Templum Academia applaudente concertu Musico procede-
batur; ducebat vero Profancellarius Magistru Lafellberg.
Rector Magnificus Magistru Dorr, & ceteri ordine Professores
Magistros reliquos.

Tempore praecum Magistris subfellium suum cepit Profancella-
rius, qui una cum Rectore Magnifico subfellium Theologyorum
tantisper occupavit.

Canthores vero ^{stans} tam ante quam post preces concertu Musico novu Ma-
gistris gratulabantur in Templo.

Deniq; in Consistorium Academiae regressus Profanc. cum ordine Professo,
rio Magistris omnia volebat fusta dixitq; Vale.

1710.

Decano Elao Holstenio Philof. Theoret. Prof.
Professoribus iisdem, qui antea.

Die 20. Jan. Nomini Caroli in fastis dicato, pro salute
Clementiss. Regis oratione solenni vota peregit
Cl. Mag. Petrus König. Nylau.

Hoc semestri, appropinquante hoste atq; ideo dissipatis studiis,
cum venia Celsissimorum Regni Senatorum, Nec non
Illustriss. Cancellarii in patriam passim abire
Professores.

